Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula III. Formae quanto dant esse nobilius, tanto sunt nobiliores

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Visual Library

REGULA III.

Formæ quantò dant eſſe nobilius, tantò ſunt nobiliores.

Habet hoc *Armandus de Bello Viſu Lib. II. Tract. cap. XL.* cujus verba hæc ſunt: *Hæc forma* (ſubſtantialis) *eſt in quadruplici gradu: quia quædam formæ ſubſtantiales ſunt, quæ ſolùm dant eſſe: ut formæ omniũ inanimatorum, ut forma lapidis & hujusmodi. Quædam ſunt, quæ dant eſſe & vivere, ut formæ vegetabilium, ſicut plantarum. Quædam ſunt, quæ dant eſſe, vivere, & ſentire: ut formæ animalium, & dicuntur animæ ſenſitivæ. Quædam autem, quæ dant eſſe, vivere, ſentire & intelligere, ut animæ hominum, quæ rationales dicuntur. Et quantò dant eſſe nobilius, tantò etiam ſunt nobiliores: propter quod anima rationalis inter omnes ſummum obtinet gradum.* Hæc Armandus.

REGULA IV.

Foma dat eſſe rei.

I. Quia præcedenti Regulâ diximus, *unam formam dare eſſe nobilius, quàm alteram,* ideò non poſſumus non id explicare, quod dicitur, *formam dare eſſe rei.*

II. Sciendum autem, duplex apud Philoſophos occurrere eſſe, nempe *eſſe eſſentiæ, & eſſe exiſtentiæ.* Illud eſt id, quod primò in